

„ erunt obedientes domino Primicerio & Basili-
„ canis in factis & utilitatibus Ecclesiae. “

L. Testamentum , sive punctum testamenti Sava-
stini .

1920) „ Item volo & ordino , quod de prædi-
„ cti reditibus meis perpetualiter dentur libræ XL
„ uni presbytero sive Sacerdoti existenti triginta
„ annorum vel ultra , quem dominus Primicerius
„ & Capitulum S. Marci per majorem partem ad
„ hoc elegerint , sive electum præsentaverint co-
„ missariis meis . Qui presbyter , sive Sacerdos te-
„ neatur semper in Ecclesia S. Marci divinis offi-
„ ciis interesse , & celebrare pro anima mea &
„ fratriis mei , & parentum meorum . “

LI. Testamentum , sive punctum testamenti D. Mi-
chaelis Mauroceni .

1921) „ Ego Michael Mauroceno S. Juliani ,
„ volo & ordino , quod illa mea proprietas posita
„ in confinio S. Juliani , quæ similiter sit & esse
„ debeat in potestate Procuratorum S. Marci , &
„ ipsi eam perpetuis temporibus affictare debeant ,
„ & de factu ipsius inveniant unum Sacerdotem ,
„ qui continue celebret divina in Ecclesia beati
„ Marci simul cum aliis Canonicis , si Primicerio
„ S. Marci & Capitulo S. Marci placuerit ; dando
„ ipsi Procuratores S. Marci eidem Sacerdoti an-
„ nuatim quod conveniens fuerit . Qui vero sacer-
„ dos non sit Canonicus neque Custos S. Marci .
„ Et superfluum teneant pro reparamento & ma-
„ nutenimento ipsius proprietatis . Et si quid su-
„ perfuerit , debeant illud dare meis propinquis
„ pauperibus , & aliis pauperibus verecundis , &
„ mulieribus maritandis secundum eorum discretio-

„ nem .